humanum genus non credebant aequari propemodum arbitraban-
tur. cum Justitiae Solem semper viderent sibi exoriri. Luna
vero pulcherrima sanctissimaque facie denegari conspicerent
et ~~tere~~ prima cum ad Coelos transiret mater benignissima
~~eas~~ fuit. Deinde clarius lucere poterat inter Coelestes
stellarum radios illa, quae navigantium in huius aerumnosissi-
mi pelagi fluctibus sidus esse volebat, et suae misericordiae
splendoribus portum ostendere ad quem naufragantem vitae
~~nra~~ naviculam applicarent, et spei firmissimam anchoram fige-
-rent postremo cum amplissimam nobilissimi Triumphi glo-
riam a Deo Ter optimo Maximo: sibi concessam diutius differre
voluisset? cuius ~~coro~~ pompam apparare Coelestibus Angelorum
Choris attinebat quorum animis et pulchritudo Mariae desider-
rium injiciebat et Maiestati amplitudo augebat, pulchritu-
dinem vero non eam tantum dico quae corpori inopinam afferebat
decorem, atque ornamentum, sed animi, qua Deo illi omnium
rerum summo Creatori elegantiaeque conditori tantopere
placuit, ut pulcherrimas atque augustissimas Coelorum machi-
nas, Divinitatis Palatia Empyrei magnificentiam
Angelorum perfectissimas reliquerit Creaturas et in Castis-